Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



tcat fate. Viri aut qui comitabant cum illo stabant stupe
facti: audientes quidem uocem. neminem autem uidentes. Su
rrexit autem saulus a terra: apertis q; oculis nihil uidebat: Ad
man autem illum trahentes intulerunt damascum: & erat ibi
tbi; diebus iii uidens: & non manducauit neq; bibit. Erat autem
ibi discipulus quidam damasci nomine ananias: & dixit
ad illum in uisu dominus. Anania. At ille ait.
Ecce ego domine. Et dns ad illum. Surge uade in uicum qui
uocatur recta: et quere in domo iude saulum nomine tharsen
sem: ecce enim orat. & uidit uirum nomine ananiam introeuntem
imponentem sibi manum. ut uisum recipiat. Respondit autem a
nanias. Domine audiui a multis de uiro hoc quanta mala fecerit sanctis tu
is fecit in iherlm: & hic habet potestatem a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum
dns. Vade quoniam uas electionis est iste mihi: ut portet nomen meum
coram regibus et gentibus et filiis israel. Ego enim ostendam illi:
quanta oporteat eum p nomine meo pati. Et abiit ananias &
introiit in domum iude et imponens ei man dixit. Saule frater.
Dns misit me ihs xps. qui apparuit tibi in uia qua ueniebas. ut
uideas et implearis spu sco. Et protinus ceciderunt ab oculis ei
squamae et uisum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum ac
cepisset cibum. confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant
damasci p dies aliquot. & continuo in synagogis predicabat ihsum.
quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui audiebant. &
dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in iherlm eos. qui
inuocabant nomen istud: et huc ad hoc uenit. ut uinctos illos
perducat in iherlm: ad principes sacerdotum. Saulus autem multo
magis conualescebat. & confundebat iudeos qui habitabant
in damasco. affirmans quoniam hic est